CAPUT XIII.
DE SANCTIS EORUMQUE RELIQUIIS ET IMAGINIBUS.

Quæſtio I.
AN SANCTI IN COELIS VIVENTES SPECIATIM NORINT ea, quæ hîc in terris à nobis aguntur?

A *Ffir. Coſt. in Enchir. cap. 14. Propoſ. 2.*

CONTRA I.

Si neq; Abraham, neq; Jſrael norunt actiones & calamitates noſtras, multò minus alii de communi ſanctorum cætu.

Verum prius. Eſa 63. v. 16. Verum igitur & poſterius.

II. ARGUM.

Mortui nihil noverunt amplius Eccleſ. 9. v. 5. ſc. de his, quæ in terra jam aguntur.

Sancti, qui ex hac terra abierunt, ſunt mortui.